Quelle: https://manuscripta.at/?ID=39915
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Archiv

cultu matrici ecclesie conuenientius
adiungi uel ordinari consilium est.
Quod ita traditum et confirmatum est omni
um consensu a memorato episcopo. anno ui
delicet dominice incarnationis M. C. X. indict
iii. id. ian. Wezelino abbate hanc dona
tionem cum testibus adnotatis suscipiente:
Odalrico et fratribus eius Chunrado et Rein
berto et nepote eorum Ottone: Hartnu
do. Sibotone: Meginhardo. Volmaro.
Marquardo. Meingote: Wolfkrimo.
Liutoldo. Friderico. Wehilino. Diet
maro et fratre eius Irunt et filiis eius Har
tungo et Gisihero.

(Marg.: Porras. Vrsprinch.)

17 Post aliquantum uero
temporis anno uidelicet dominice in
carnationis M. C. XX. II. Indict. XV. tradidit
prefatus antistes ad idem altare presente
uenerabili gurcensi episcopo Hiltiboldo
domnoque Reinberto abbate: Elemosina
riam domum quam ipse in eadem salzbur
gensi urbe edificari fecerat cum
omnibus acquisitis et adquirendis simul cum
ecclesia sancti Johannis baptiste: consensu
Pabonis archipresbyteri qui eam in benefici
um possederat post obitum tamen eius
cum omnibus appendiciis eius in usus pau
perum iturum.

(Marg.: Appenowa. — Domus elemosinaria cum ecclesia sancti Johannis b.)

18 Tradidit etiam beneficium To
tilonis capellani et Engilberti de
Wegingen et Rudigeri Iepsi de Tv
sinberch. Decimationem quoque quam
Hartwicus camerarius habuerat.

(Marg.: Beneficium Totilonis capellani et Engilberti et Rudigeri Iepsi et Decimatio Hartwici.)

totumque ipsius beneficium. Huius rei testes sunt.
Aribo dapifer de Chimcowo. Adalbero
pinena de Dietramingin. Heinricus et frater
eius Chunradus: Heinricus houchelh et filius
eius Pabo et Otto. Hartunch et fratres eius Gi
silher et Dietmar.

19 Item eodem anno tradidit in alimoniam
egenorum ad predictum altare duas hubas
unam ad Porras. alteram iuxta locum qui
uocatur Vrsprinch. coram testibus quorum
nomina hec sunt. Heinricus et frater eius Reinber
tus. Engilschalcus. item Engilschalcus de
Karinthia. Siboto de Atanat. Mar
quardus et filius eius Hartnidus et Gerloh
de Vzelingen.

20 Item anno dominice incarnationis M. C. XX.
IIII. Indict. II. tradidit prelibatus antistes
pro suo suorumque successorum remedio ad al
tare predictum insulam quandam nomine
Appenowa. a Strubenbergesekke
sursum iuxta fluuium qui uocatur Lamere:
montemque Stegenwalt dictum usque Tuft
stein. a Tuftstein usque loche: cum omnibus
adiacentibus cultis et incultis. Cuius
medietatem in usus egenorum. medieta
temque aliam in uictum fratrum equa dimisione
distribuit. decime uero tres partes abbati
concessit. iure perpetuo. quam etiam tra
ditionem episcopali banno confirma
uit. coram subscriptis testibus. quorum
nomina hec sunt. Fridericus de hunsperch.
Adalram de Ottendorf. et frater eius
Marcelinus. et eius miles Otachar.

Dietrich de Waltindorf. Olricus
de Sechirchon. et fratres eius Heinricus.
Chunradus et Reginbertus. Volmar de
Glase: Adalbero de Dietramingen.
Dietmar et fratres eius Hartunc. Gisil
her: Rudbertus. Testes inuestiture:
Adalram. Adalbero. Dietmar.

21 Item eodem anno tradidit ad idem altare
XVI. hubas partim de possessione illa
quam sibi Heinricus dux moriens reli
querat. partim aliunde quesitas.
Harum X. super montem Lisiwih. ad Glo
dinihi. II. ad Horzin. II. iuxta Lihirich
ad Chrapphelde. II. site sunt. allatis sibi
exinde reliquiis sanctorum coram Hiltiboldo
episcopo Gurcensi. simul etiam testibus pau
rem adtractis. quorum hec nomina sunt. Engil
schalch de Karinthia. Meginhart de
Gurca. Friderich de hunisperch. Siboto
de Murra. Adalbero de Dietimingin. Aribo
dapifer. Testes inuestiture: Engil
schalch. Meginhart. Siboto.

22 Item super
idem altare delegauit beneficia duorum
germanorum Adalberti et Gotschalci.
Cuius rei testes sunt. Chunradus comes de
Pilistein. Heinricus comes de Schowan
burch. Heinrih et frater eius Reginpreht
de Sechirchen. Pero de Wenga. Pato
de Halla: Adalbero de Dietimingin.

23 Contulit etiam ad idem altare prefatus
presul forestum de Lamerestege usque
Twernhenberch cum omni iure suo
quod duo forestarii Azile uidelicet et
Liutfrit in cura et officio habebant. qui
frequentes molestias et iniurias fratribus
illic deo seruientibus inferebant. Preterea
adiecit particulam silue que uulgo
Swalewe uocatur. et quicquid in ea utilita
tis ad communes usus predictorum fratrum
peruenire posset. Renouauit etiam et
confirmauit auctoritate sue concessionis
omnia que beate memorie Fridericus
archiepiscopus predicto cenobio contulit.
montem uidelicet et siluam a fluuio
Swerhinpach per decursum fluuii
Salhahe usque ad eum locum qui uulgo uo
catur drischuuil. cum omni iure siue
salis seu quolibet utilitatis genere:
que in eodem predio peruenire potest.
Huius rei testes sunt. Adalbero castellanus
de Werven et filius eius Duringus. Adelramus.
Dietmarus. Dietmarus. Rudolfus. Pertoldus.
Pertoldus. Otaker. Fridericus.

(Marg.: Forestum Lamerstege. — Swalwe. — XVI. hube Heinrici ducis. — Swerhinpach. — Beneficia duorum germanorum Albti et Gotschalci.)